



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 93. Hispaniæ Rex Papam exorans pro obtainenda B. Didaci
Canonizatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

una-
trans-
culos
s qui-
latine
a Spi-
ioque
ur e-
ta, &
ume-
num,
quod
ucto-
itato
ficio
, in-
, &
vero
ostea
rum,
s in
ntes
nsfu-
ique
ova,
die
nti,
faci-
um,
om-
se-
ne-
lici-
„dicimus, ac coronamus, tertiam vero Sæcul. XVI.
„minime: denique nos omnes credi- A.C. 1564.
„mus, quidquid sancta, Catholica, &
„Apostolica Ecclesia credit, & quid-
„quid ipsa anathematizat, nos quoque
„anathematizamus.

Hic Patriarcha cum mira dexteritate, ac scientia prædictus esset, plures Nestorii Sectatores ab errore retrahens Catholicorum numerum oppido auxit.

§. XCIII.

*Hispaniæ Rex Papam exorans pro
obtinendo B. Didaci Canoniza-
tione.*

Idem summus Pontifex hoc anno die Rayn. n. 58.
decima quarta Aprilis a Cardinale Galeſin. vit.
Alexandrino Philippi II. Hispaniæ Re- S. Did.
gis, ejus Filii, Complutensis Academ. apud Sur.
miæ, totiusque Provinciæ supplicem pag. 298.
acceperat libellum, quo hi una omnes
Papam rogabant, quatenus Canonisa-
tionem Beati Didaci ex oppido S. Ni-
colai, Fratris Laici, seu Conversi ex
Ordine Fratrum Minorum promovere
velit: porro jam ante centum annos Vide Lib.
hic Religiosus Sanctitatis fama conspi- CXII.
cuus in Henaresino Conventu obiit, cum §. XCVI.
vero ejus patrocinio multa miracula
olim patrata, atque etiamnum patrari
referretur, hinc Pontifex habita etiam
X 3 harum

Sæcul. XVI. harum precum ratione Cardinales de
A.C. 1564. Ara Cœli, Sarrasinum, Alexandrinum,
& Vitellium nominabat, qui in hujus
Beati vitam inquirerent, & desuper re-
ferrent.

§. XCIV.

*Franciæ Regis epistola ad Papam
circa Navarræ Reginam.*

*Traité des
droits de
l'Eccl. Gall.
tom. I. p. 56.*

Cum Pius IV. Pontifex Joannam Albretam Navarræ Reginam, atque Antonii Borbonii Viduam edito diplomate Romam ut memoravimus, in jus vocasset, ob hanc agendi rationem Galli semper indignationem fovebant, quæ tamen hoc anno apertius erumpabant; quippe Rex per Joannem Baptistam Mesnilum suum apud Parisiensem Curiam Advocatum hanc in rem libellum componi jussit, in quo præpribus contra hanc severitatem querendi caussas exposuit, ac postea in memoria revocavit eam, quam in primis sæculis summi Pontifices exercuerunt, moderationem, necnon obsequia a Franciæ Regibus præstata pluribus summis Pontificibus, quos gratum semper animum exhibuisse scribebat, simulque exponebat, in quo Gallicanæ Ecclesiæ libertates consisterent, & quid summi Pontifices a Gregorii VII. temporibus adversus Cæsares non sine funesto horum